BIBLIOTECA DE LA UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ELEMENTA JURIS CANONICI VETERIS ET MODERNI
IN III. TOMOS DIVISA

Ubi continentur

I. Jus Eccleſiaſticum Primævum, quod viguit primis octo ſæculis. *Ex tribus Manuſcriptis Boicis Sæculi octavi & noni.*

II. Leges Eccleſiaſticæ coordinatæ, a tempore Gregorii IX. uſque ad noſtra tempora. *Ex ipſis Fontibus.*

III. Vindiciæ & moderati limites Jurisdictionis Eccleſiaſticæ, cum Notitia Tribunalium Romæ, & cum Schemate Allegationum ex Jure Civili.

Authore

D. EUSEBIO AMORT

Canonico Regulari Lateranenſi Pollingæ Ser. ac Rev. DD. JOSEPHI Epiſcopi Auguſtani S. R. I. Principis Darmſtadiani, Landgravii Haſſiæ &c. &c. Theologo.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

FERRARIÆ MDCCLXIII.

SUMPTIBUS SEBASTIANI COLETI VENETI BIBLIOPOLÆ.

PRÆFATIO.

De partibus, utilitate, uſu, & Documentis noviter repertis hujus Operis.

§. I. NON vaſta in hoc Opere Commentaria Interpretum Juris, nec inſtabiles opiniones Doctorum ſeſe invicem deſtruentium, ſed Leges ipſas, caſque bene coordinatas, cum Vindiciis Juriſdictionis Eccleſiaſticæ intra juſtos limites, hoc tempore neceſſariis, promitto.

§. II. Hæc Legum Eccleſiaſticarum, Veterum æque ac recentiorum ordinata Notitia hiſtorica ex ipſis fontibus non ſolum Juris Canonici Diſcipulis, ſi aliquando ſupra Leguliſtarum turbam in eximiorum Juriſperitorum venerabiles conſeſſus emergere volent, neceſſaria; ſed etiam ipſis Profeſſoribus aut Repetitoribus ſacri juris admodum commoda erit ad imprimendam intra biennium, eruditiſque obſervationibus condiendam Legum Eccleſiaſticarum peritiam: quin ipſis Tribunalium Advocatis, Judicibuſque ad revocandos in memoriam Legum fontes navare utilem poterit operam.

§. III. Erunt forte, qui in hoc Opere Decretum *Burchardi*, *S. Ivonis*, *Gratiani*, & aliorum Compilatorum Jus medii ævi, quod a ſæculo nono uſque ad decimum tertium excurrit, explicatum requirent; verum, cum magnam illius Juris partem expleant *Canones Pænitentiales*, hodie poſt introductas in foro civili ſat amplas ſcelerum pœnas, in foro Eccleſiaſtico antiquati, & Decretum *Gratiani*, ſcatens erroribus ac contradictionibus, aut textibus Patrum nuſpiam in legem evectis, abſque perpetuo Commentario correctorio *Cl. Beraldi* ſervire nequeat ſine erroris periculo, tum etiam cum Jus illud medium tota ferme ſua mole nitatur Decretalibus Summorum Pontificum veterum juxta Eruditorum hodiernum ſenſum ſuppoſititiis, prudentiæ leges ſuadebant, ne ejuſmodi confuſa rerum farragine onerarem Lectorum memoriam.

§. IV. In tres itaque ſolum tomos hæc Juris Canonici *Elementa* diſtribuo. In *primo* uſitatiores in Eccleſia Occidentali Leges, quæ viguerunt primis octo Sæculis, colloco. *Tomum Secundum* explent Leges Sacræ Corporis Juris Canonici, Concilio Tridentino, aut Bullis Pontificiis generaliter receptis inſertæ. In *tertium Tomum* Vindicias Juriſdictionis Eccleſiaſticæ cum Notitia de Tribunalibus Romanis & Schemate Allegationum ex jure civili reſervo.

§. V. Pro editione Juris Veteris elegi tres antiquos Manuſcriptos Codices

VETERIS ET MODERNI JURIS CANONICI
TOMUS I.
DIVISUS IN DUAS PARTES,

Quarum prior continet Primævum Jus Eccleſiaſticum, quod viguit primis quinque ſæculis, altera vero id, quod a ſæculo quinto uſque ad nonum celebrius in uſu fuit.

INDEX
CONTENTORUM IN TOMO I.
PARS I.

I. *Canones Apoſtolorum.* 1.

II. *Concilium Nicænum.* 11.

III. *Concilium Ancyranum.* 25.

IV. *Concilium Neocæſarienſe.* 31.

V. *Synodus Gangrenſis.* 36.

VI. *Concilium Antiochenum.* 41.

VII. *Concilium Laodicenſe.* 49.

VIII. *Concilium Conſtantinopolitanum.* 58.

IX. *Concilium Chalcedonenſe.* 63.

X. *Concilium Sardicenſe.* 81.

XI. *Concilium Carthaginenſe.* 90.

XII. *Conciliorum Africanorum Canones.* 103.

Supplementa. 149.

Index Synopticus contentorum in Parte I. 182.

PARS II.

Centum tres partim Decretales Epiſtolæ Summorum Pontificum; partim alia Documenta Eccleſiaſtica. 210.

Index Synopticus contentorum in Parte II. 535.

PARS

PARS I.

VETERIS JURIS CANONICI,

UBI CONTINETUR

CODEX CANONUM ROMANÆ ECCLESIÆ

PRIMIS SÆCULIS,

EX MANUSCRIPTO CHIEMENSI SÆCULI OCTAVI.

INcipiunt Eccleſiaſticæ Regulæ Sanctorum Apoſtolorum prolatæ per CLEMENTEM Eccleſiæ Romanæ Pontificem, quæ ex græcis Exemplaribus in ordine primo ponuntur. Quibus quam plurimi quidem conſenſum non præbuere facile. Et tamen poſtea quædam conſtituta Pontificum ex ipſis Canonibus adſumta eſſe videntur.

I.

INCIPIUNT CANONES APOSTOLORUM.

De Ordinatione Epiſcopi.

Epiſcopus a duobus aut tribus Epiſcopis ordinetur. I.

De ordinatione Presbyterorum & Diaconorum vel cæterorum.

Presbyter ab uno Epiſcopo ordinetur, & Diaconus, & reliqui Clerici. II.

TOMI I. PARS II.

Continens

DECRETA

CONCILIORUM

ET SUMMORUM PONTIFICUM

SÆCULI V. VI. VII.

Ex Manuſcripto ſæculi octavi.